

Idem in Heaut. *Quid si hoc sic incipiam nunt: nihil est. Si sic? tantundem egero.*

Cedo si vos eo loco essetis, quid faceretis aliud!

Tuam hinc conscientiam appello, num tu ferres hoc ab alio tibi fieri, quod tibi vis esse impunè?

CAPUT XXXIII.

I. OCCUPATIO

est, cum tacitam animo conceptam cogitationem, quæ nobis ab aliis (*adversario, auditore vellectore*) objici poterat, anticipamus & diluimus. *Gracè dicitur προκατάληψις sive προλήψις.*

(*Cicero Anteeccupationem sive Antepremunitio- nem nominat. l. 3. de Orat. Cum scilicet tacite obiectioni occurrimus, vel ipsi animadvertentes quid obsit nobis, prius id diluimus, quàm obiici possit.*)

2. Partes ejus duæ. 1. *Obiectio* sive occupatio in specie sic dicta. 2. *Subje- ctio*.

3. *OBJECTIO* sive occupatio propriè sic dicta est, cum quid ab alio dici vel objici possit tantum proferimus.

Gracè dicitur Αντίθεσις. Notæ eius plerunq; sunt. Quan- quam, Quamvis, Etsi, Tametsi, Sed, At, &c. Dico ple- runque. His enim voculis plerunq; incipit. Sapius tamen et- iam absque notis profertur.)

4. *SUBJECTIO* est, cum ipsi obje- ctioni respondemus.

(*Gracè dicitur λύσις. Nota huius plerunq; est voculo ta- men. Quanquam & sine hac esse possit.*)

ut: